Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ergo uiri nupticiae cum se animae dederit & legitimum cum
eo sortitae fuerit matrimonium. & licet si fuerit aliquan
do peccatrix & licet simer & iniqua est. tamen si se
huic uiro tradidit ultra eam peccare non patitur.
non potest ferre iterum anima quae semel sor
tita est uirum. adludat adulteris. excitatur
super zelo eius. defendit coniugii castitatem. & ze
lans dicit dis. qui animam sibi emancipatae non patit
demonibus admisceri; Alioquin si eam uiderit
temerariam iuxta coniugii & occasiones quaerere
ad peccatum. tunc ut scriptum est. dare libellum repu
dii & dimittit eam dicens. Ubi est libellus re
pudii matris uestrae quo dimisi eam. Quibus & hic
addit & dicit; ecce peccatis uestris uenundati estis.
& propter iniquitates uestras dimisi matrem uestram; haec qui
loquitur zelans est. & zelo commotus haec dic; post
agnitionem enim sui post inluminationem uerbi diuini
post gratiam baptismi post confessionem fidei. &
tot tantisque sacramentis matrimonium confirma
tum non uultis ulterius peccare. non patitur
animam cuius ipse, uel sponsus uel uir appellatur
cum daemonibus ludere. scortari cum inmundis
spiritibus. cum mutis & inmundis uolutari; qd
& si forte aliquando euenit infelicitate. saltem